



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vitruvius Itervm Et Frontinus**

**Vitruvius**

**Florentiae, 1513**

De aquaru[m] experimentis. Caput. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12979**

## LIBER

rum utendo poterit ueri uitam, sine aqua uero, nec corpus animalium, nec ulla tibi uirtus potest nasci, nec ueri, nec parari, quare magna diligentia industria, quae quarendi sunt, et eligendi fontes ad humanam uitae salubritatem.

De aquarum experimentis. Caput. V.

**E**xperimentationes autem et probationes eorum sic sunt providendae, Si erunt profluentes et aperti, antequam duci incipiantur, aspiciantur, animoque aduertantur, qua membratura sint quae circa eos fontes habitant homines, Et si erunt corporibus ualentibus, coloribus nitidis, cruribus non uitiosis, non lippis oculis, erunt probatissimi, Item si fons nouus fuerit fossus, et in uas corinthium siue alterius generis, quod erit ex aere bono, ea aqua sparsa, maculam non fecerit, optima erit, Itemque in Aheni si ea aqua deserue facta, et postea requieta et defusa fuerit, neque in eius Aheni fundo arena, aut limus inuenitur, ea aqua erit item probata, Item si legumina in uas cum ea aqua coniecta ad ignem posita, celeriter percocta fuerint indicabunt eam aquam esse bonam et salubrem, Non etiam minus ipsa aqua, quae erit in fonte, si fuerit limpida et perlucida, et quocumque peruenierit, aut perfluxerit, si muscus non nascitur, neque iuncus, neque inquinatus ab aliquo inquinamento is locus fuerit, sed pura habuerit speciem, inuenitur his signis, esse tenuis et in summa salubritate.

De perductionibus et librationibus aquarum, et instrumentis ad hunc usum. Caput. VI.